UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

ſula, pleno iure. Ita concludit Bal. in l. i. nume. 2. C. de fructibus et litium expen.

7 Septimo fallit, niſi feudum venderetur ad vſumfructum, tunc videtur venditum vtile dominium. Ita Bal. in Rub. C. de iure emphy. nu. 9. in fine allegat text. in d. l. donationes in concubinam, in. §. ſpecies ff. de donatio.

8 Octauo fallit, ſi fuerit dictum inueſtitura feudi, ad vſumfructum tibi & heredibus, tunc in perſona hæredis eſſet nouus vſusfructus, Ita tenet Bal. in d. præludiis feudorum, quem ſequitur ibi Matthæ. de Afflict. nu. 135.

9 Nono fallit, niſi inueſtitura ad uſumfructum facta eſſet eccleſiæ vel religioſis perſonis, tunc videtur conceſſum vtile dominium in perpetuum. Tenet glo. quam ibi ſequũtur Cinus & Bal. & Alberi. in l. ſi mulier. C. de iure dotium, in verbo, mulier, in verſicu. item ad hanc dedi prędium, idem Alberi. in d. §. ſpecies. Bal. in l. & in epiſtola. nu. 5. C. de fideicommiſsis, pro qua opinione eſt text. in d. l. Titia in. §. cum nuberet. ff. de lega. 2.

REGVLA CCCXX.

FEVDVM non poteſt pignori dari, ſine conſenſu directi domini. Hanc regulam probat text. in cap. 1. in. §. item ſi quis. quibus modis feudum amitta. & in c. 1. ibi, feudũ totum, vel parem aliquã vendere, vel pignorare, de prohita feudi aliena. per Federi. ita expreſſe tenet Bartoholomæus Soci. in conſi. 19. nu. 12. vol. 1. Marianus Socinus eius nepos in conſi. 77. nu. 73. volu. 1. Ruinus in conſi. 143. nume. 19. volu. 3, Auguſtinus Berous in q. 94. nume. 11. Ioann. Igneus in l. 1 §. ſi ſeruus pignori datus. nume. 7. ff. ad Syllania. Martinus de Silimanis in tracta. feudorum, in Rubric. quibus modis feudum alienetur. nu. 99. & facit quod dixi ſupra, in regu. 40. in 3. ampliatione, De iure regio probatur in l. 10. titu. 26. parte 4. & in l, 68. titu. 18. parte 3.

Hanc regulam limitat quatuor modis Chaſſenæ. in conſue. Burgun. in titu. (Des fiefz.) Rubr. 3. §. 8. nume. 11. fo. 11. fo. 118. colum 4. vſque ad numero 21. Quarum limitationum tres ante eum poſuit Fran. Cur. Iuni. vbi hanc regu. limitat aliis quatuor modis, in tract. feudorum, in 4. parte, nume. 95. Eandem regulam cum quinque limitationibus ponit Matthæ. de Afflict. in c. imperialem, nume. 4 de prohita feudi alien. per. Fede. Hanc regulam cum tribus ampliationib. & tribus limitationibus ponit Franc, de Ripa in l. obligatione, numero 35. ff. de pignoribus.

REGVLA CCCXXI.

FEVDI dominus, eſt iudex inter ipſoſmet Vaſallos. Hanc regulam probat tex, in c, imperialem, in §. penul, de prohibi. feudi

aliena,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliena, per Feder.& in c.1.de cõtro.feudi apud pares termi.& in c. cęterum, de iudiciis, & ibi gl.& in c.ex tranſmiſſa.& in c.verũ, de foro compe. De iure regio probatur in l.vl.titu.26. par.4. Et vltra docto. in ſupra dictis locis tenet Bartho.Soc.in cõſi.12.nu.10.vol.1.Marti.de Silimanis in tracta.feudo. Rubr. quis ſit iudex feudi,& vbi agatur cauſa feudi, p totã. Vlda.Zaſius in ſua Epitome feudo. in 11.par.nu.6.Io.Igneus in repe.l.neceſſarius in.§. non alias. nu. 610.ff.ad Sylla.Ioan.de Ayma, in prooemio concordatorũ.fo.113. col.3. Et circa hanc regulam vide Socin. in tracta. fallentiarũ, in reg.52.& 53.in poſterioribus. Nicolaus Boeri, in deciſi. 114. nu.5. Stepha.Aufre.in repe.Cle.1.de offi.ordina.in reg.1.in 1.fallen. Iaſon in l.1.§.& poſt operis.nu.12.ff.de noui operis. Carol.de Graſſaliis in ſuo regalium Franciæ.lib.2.iure 11.Alexan.in conſi.1.volu.5.Bartholomęus Soci.in conſi.284.vol.2.& in conſil.87.volum.3. Io.de Amicis in conſi.2.nume.1.Bal.in conſi.327.vol.1.& in cõſi.183.& in conſi.188.volu.3.Alexan.in conſi.79. per totum, vol.1. Chaſſanæ.in conſi.41.nume.1.& 16.Albertus Brunus in conſi.10. nume.7.Matthę.de Aafflictis notabiliter in d.c.1.nume.2.de controuerſia.feudi apud pares terminan.& d.§.pręterea inter duos, nu.1.cum aliis.

Hanc regulam limitat ſex modis Maria.Soc.in c.ex trãſmiſſa, a nu.27.vſque ad nu.34.de foro compe. Eandem regulam limitat duodecim modis Franc.Cur.Iun.in tract.feudorum, in 7.par.a nu.3.vſque ad nu.15.& a nu.15. vſque ad nu. 34. ponit 13. quęſtiones circa materiam huius regulę. Hãc etiam reg.limitat tredecim modis Fel. in c.cæterum.a nu.5.vſque ad nu.14.de iudic.

REGVLA CCCXXII.

Fevda inferiora quæ non habent dignitatẽ annexam, diuidi poſſunt. Hanc regulam probat tex.in c.1.in §. omnes, ſi de feudo fue.controuerſia inter dominum & agnatum vaſalli, in vſibus feudo.in c.imperialem, in.§.pręterea ducatus, et ibi omnes doct.de prohibita feudi alienatione per Federicum. Circa quam regulam vide poſita ſupra, in regu. 316.

Hanc regulam cum vnica amplia.& vnica limitatio.ponit Chaſſanę.in conſue.Burg.in tit.(des fiefz). Rubr.3 §.6. fo.217.col.4.nu. 22. Quas ante eum poſuit Fran.Curt.Iun. vbi eam declarat, in trac. feudorum, in 4.par.q.30.nu.224.

REGVLA CCCXXIII.

Fevdvm antiquũ ſi renouatur Vaſallo, non deſinit eſſe.antiquum. Hanc regulam probat tex.in c.1.de Vaſallo decrep.ętatis in vſibus feudo.et tenet Bar.et doc.in l.ſi mihi et Titio.ff.de verb. oblig.& ibi Iaſ.nu.12.col.fi.& in l.quod dicitur.la.1.ff.de impẽſis

in